



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

2. Vndè illarum sit virtus, vtrùm à rebus, an virtute diuini nominis super  
his inuocati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

homo habeat, quo sæpè admoneatur laudare, benedicere & cogitare Deum in corde suo, vt quoties videt vsum illarum creaturarum, cogitet ea fieri in honorem & laudem Dei, atque ideò ipsum in corde suo adoret. Nam sicut circulus ante tabernam admonet de vino vendibili, &cæt. ita externæ cæremoniæ admonent nos rerum diuinarum. Habebāt olim Christiani priuatim in domibus Eucharistiam: sed mos ille abolitus est, & in locum eius successit consuetudo, quòd habeant in domibus creaturas benedictas vel consecratas cum inuocatione nominis Dei, vt vel sic semper in omni creatura admoneantur Dei benefactoris ac conditoris, sicut habent sal, aquam, palmarum frondes, cereos &cæt. consecrata, nam testatur scriptura, vbi ait Apostolus 1 Timoth 4 quòd omnis creatura sanctificatur per verbum inuocationis, Dei scilicet & orationum: monēt autem nos vexilla, thurificationes, candelæ seu funalia de triumpho Christi, quem habuit superata morte & inferno: herbę autem fructiferæ & odoriferæ signant, virginem Mariam dedisse suauitatem odoris & fructum benedictum Iesum Christum &cæt. Non in alium quàm in hunc finem, nempè vt nos admoneant Dei & rerum spiritualium, permittit Ecclesia huiusmodi sacramentalia & cæremonias.

Secundò, quia non solùm admonent, sed etiam quandam virtutem & fructum habent: ideò sciendū, quòd talis efficacia non est à creatura, sed ab inuocatione nominis Dei: Virtus enim nominis Dei, super hanc creaturam inuocati, operatur per eandem, non ipsa creatura. Sic Christus inquit Marc. vltim. In nomine meo dæmonia eijcient, id est, non verba aut virtus verborum, sed virtus nominis mei: illuc respicite, & intentionem ac fidem dirigite, non in creaturam aut verba vestra: sed virtus nominis Christi serpentes tollet, ne potus veneni noceat, vt infirmitas sanctetur

fanetur per impositionem manuum vestrarum & cetera. Ibi Christus dedit potestatem contra dæmones, non solum in hominibus, sed etiam alijs creaturis, quibus diabolus nocere posset, si non prohiberetur. Deinde, quod impossibile est, quod nomen Domini possit sine fructu inuocari: est enim efficax nomen Domini: & in nomine Iesu omne genua flectetur, tam terrestrium quàm inferorum: est igitur aduersus dæmones efficax, vnde veteres dixerunt de aqua benedicta.

*Huius aqua iactus depellit demonis actus.*

Paulus ad Roman. 1. dicit, quod inuisibilis virtus Dei atq; diuinitas conspicitur per ea quæ facta sunt: id est vbi cunque est inuocatum nomen Dei, ibi aliqua est virtus & efficacia secundum formam orationis super creaturam prolatam, quem fructum Deus virtute sua ex misericordia propter Christum efficit de quacunque re, de qua in petitione mentio facta est: id est fides non ab ipsa creatura pendet, sed à virtute nominis Dei. Vult enim Deus illum cultum & honorem inuocationis nominis sui, per varios modos & occasiones fieri. Non igitur blasphemia est vel idololatria, talis super creaturam inuocatio nominis Dei, quando pie & religiosè fit, nec etiam sine culpa possunt eiusmodi sacramentalia aut cæremoniæ dehonestari vel irrideri. Tres pueri in camino Deum laudabant in omnibus creaturis, Daniel. 3. Merito igitur & nos Deum laudamus, & memoriam eius facimus occasione creaturarum.

- Tertiò, magna diligentia exigitur à pastoribus, ut hic doceant populum, ne pendeat à visibilibus creaturis, illis fructum tribuens, non verbo Dei & Christi virtuti: id quod sæpè timendum est à simplicibus Christianis: deinde, ne incantationes & spurcitiæ diabolice his exercent. Nam sic vti sacris rebus & verbis, est

est Christ  
transfer  
mum est  
cramen  
tionis D  
retur fru  
rare est &  
rijs adue  
sine illis  
ces, vt se  
dentur, p  
Deus lau  
quàm fl  
temnen  
læc mir  
ritur au  
to nom

1. Q  
sch  
2. Q  
3. Q  
ob

causse  
eulato  
& sic d